



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CLXII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albrecht, schenken dem  
Kloster Broda acht Hufen Landes im Dorfe Küssow, am 9. August 1275.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ad manus videlicet Incliti principis marchionis ottonis Brandenburgensis, pro pecunia, in qua eidem adhuc obligamur, promiserunt fide data octo milites nostri, loco octo nostrorum militum defunctorum: et pro eo dictus princeps, locus noster dilectus, nobis inducias dedit usque ad diem sancte walpurgis proxime assuturum. Nomina autem militum, qui promiserunt sunt hec: Elerus caluus, Johannes de plonen, otto de plonen, Marquardus folder, Hasso de otnebutle, Johannes de Slamerstorp, Lampertus de Crempitz, Dose dictus de inferno. In cuius etc. Acta apud Segerberg in villa Bete, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXV<sup>o</sup>. sequenti sancti Jacobi apostoli.

Nota confederacio Gerhardi, Adolphi, Johannis et gerhardi, comitum holtfacie, cum Johanne, ottone et conrado, marchionibus Brandenburgensibus, cuius forma tota, si opus fuerit, inuenitur circa priuilegia premissa et est actum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXV<sup>o</sup>. Idus Octobris.

Nach dem im Geh. Kab. Archive beruhenden Copialbuche des Markgrafen Ludwig I tit. Zwirin Holtfata Nr. XIII und Nr. XVI. Die Bündniß-Urkunde vom 15. October ist in dem nur fragmentarisch erhaltenen Copialbuche nicht befindlich. Ungenauer Abdruck in Gercken's Cod. III, 289. 290.

**CLXII.** Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albrecht, schenken dem Kloster Broda acht Hufen Landes im Dorfe Küßow, am 9. August 1275.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterarum testimonio firmarentur auctentico; fidele etenim testimonium habet scriptura auctentica, que hominibus intereuntibus ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Hinc est quod nos Otto et Albertus, Dei gratia marchiones Brand., notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod ecclesie in Brude et conuentui ord. premonstr. ibidem Deo continue seruienti octo mansos in villa Kuffowe cum omni iure et omni usufructu omnibusque attinentiis, quantum ad illos octo mansos de fructibus eiusdem ville communibus spectat, donamus liberos, proprios et perpetuo possidendos pacifice ac quiete. Vt autem hec nostra donacio in perpetuum permaneat inconuulsa, ne quodlibet super eadem alicui in futurum dubium valeat suboriri, presens scriptum damus eidem ecclesie in Brode, sigillorum nostrorum appensione certa de nostra censcencia roboratum. Huius autem nostre donacionis testes sunt nostri milites et fideles: Theodericus de Torgov, Zabel de Redicstorp, Henricus et Heydenricus de Heydebrake; Otto et Hugo fratres burgenfes in Noua Brand. ciuitate nostra. Datum in Noua Brand. per manum Bertoldi nostri notarii, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXV<sup>o</sup>, ydus Augusti quinto.

Nach Risch, Meckl. Jahrb. III, S. 220. 221.